

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CCXVII. Differentur 2. Ius Canonicum magis animum punit, quam ius civile,  
regulariter loquendo,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

## DIFFERENTIA 2.

*Ius Canonicum magis animum punit, quam ius civile, regulariter loquendo,  
c. Tres personas, jun. Gloss. l. Vulgaris, §. Qui furti, ff. de  
furti. Decianus l. 2. c. 19. n. 20.*

I. AD hoc probandum sufficit fini-  
um diversitas in Jure civili, &  
Canonica. Hoc enim spiritualia; illud  
temporalia attendit, c. Fasti sunt, dist. 4.  
c. Quoniam idem, dist. 10. sed Decianus  
in particulari declarat. Secundum jus  
civile intrans domum alicujus ut fate-  
tur, & non furatur, non dicitur fur, l.  
Vulgaris, §. Qui furti, ff. de furti. At se-  
cundum Jus Canonicum intrans per o-  
stium eo animo, ut furetur, licet nihil  
averterat, dicitur fur, & latro, c. Tres per-  
sonas 23. q. 4. Qui locus tamen imper-  
eiens videti posset, nisi Ecclesia au-  
toritate fulciretur. Nam s. Augustinus cum  
Christo de malis præclaris loquitur,  
quos furibus, latronibus, & mer-  
cenariis comparat. Vnde sumptuosa  
occasione infert Glossa secundum Ca-  
nones hoc ipso est aliquis fur, quod non  
incrat per ostium ut hæc, & de penit.  
dist. 1. c. Si propterea, & c. seq. secundum  
leges non est statim fur, licet clavis intra-  
verit furandi causam, l. Vulgaris, &c. Ig-  
natur Canones furti & adulterii reos pro-  
nunciant illos, qui solo corde seu desi-  
derio alterius rem vel uxorem artige-  
runt. Quam Christi doctrinam omnis  
Theologorum schola sequitur, adeoque  
Ecclesia; non ideo tamen, ut fures &

adulterios penas corporalibus, sed spi-  
ritualibus castigat, in foro animæ ad  
salutarem emendationem. Quod pon-  
derans Alciatus in c. Quod sedem, de off.  
ordin. Juris Canonici penas non fieri  
in ultionem delicti pronuncia, sed ideo  
imponi, ut delinquens peniteat, & ani-  
mam suam salvet. Ex quo lequitur ejus-  
modi penas non esse capitales, quem-  
admodum Bart. annotavit in l. 2. de publ.  
indic.

II. Penæ autem legibus constituta  
vindictam intendunt, externa opera per  
se recipiunt, animi propositum perac-  
cidios, quatenus foras emicans faci-  
t malitiam auger. Quid enim obest con-  
tus, si injuria nullum habuit effectum?  
l. 1. ff. Quod quisque iuris, l. Cogitationu-  
s 8 ff. de pen. l. 14. ff. ad l. Cornel. de Sicaria.  
In Canonibus quidem non uno loco le-  
gimus, intentionem, cogitationem, au-  
sum puniri, juxta illud. Hui patitur pena  
peccandi sola voluntas, sensus tamen mi-  
nimè est, de occultis quemquam puniri,  
led tunc deum, cum animi propon-  
tum in facto ipso conspicitur. Si qua-  
igitur hic inter Jus Sacrum, & profanum  
dissontia cernitur, in modo po-  
tius, quam substantia  
existit.

CCXVIII.DIV.